

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Johann Kleinschmidt

**Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Johannes Kleinschmid,
I.U.D. & P. Ad Exequias quas ... Alberto Schuckman parens moestissmus paratas
cupid, Omnes omnium ordinum cives Academicos ... invitat**

Rostochii: Kilius, 1638

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777426471>

Druck Freier  Zugang



Kleinschmid, J.,

i n

A. Schuckmann.

Rostock, 1638.

10.

PROGRAMMA
Quo
Rector Universitatis Rosto-
chiensis
JOHANNES KLEIN-
SCHMID, J. U. D. & P.
AD EXEQUIAS
quas
Prastantissimo Adolescenti,
ALBERTO
SCHUCKMAN
parens moestissimus
paratas cupit,



Quibus omnium ordinum cives Academicos ad
program 1. in templo Jacobae studiose
invitat.

ROSTOCHII,

Literis NICOLAI KILLI, Acad. Typograph.

ANNO M DC XXXVIII.



Ulam calamitosa, & periculosa sit
vitæ humanæ conditio, hoc nostro
præsertim tempore satis nos docent
superq; belli, quod merito vocamus,
malorum omnium Epitomen, nos pre-
mentis gravitas, tum annonæ ex bello
orta caritas, deniq; ex utroq; nata morborum letifera
contagia. Bellum enim, et si, Dei beneficio, moenia no-
stra, hoc tempore, nondum concussum (& ne unquam
concutiat ex animo Deum rogamus) tamen metu sui
animos nostros plenos, & suspensos tenuit, nec un-
quam terrore fulgurantium gladiorum, ac tonantium
tormentorum liberos ac solutos esse permisit. Cæte-
ræ funesti hujus mali comites, Annonæ caritas, &
morborum sparsa primum semina, nunc vero copiosè
nata germina, neq; fossis, neq; vallo, neq; portarum
claustris exclusa, vim suam exferere, & passim grassari
incipiunt, ut nisi Deus Alexicacos nobis panacea suæ
misericordiæ subveniat, pessima quæq; metuenda de-
inceps videantur. Experti vero jam sunt hanc vim
varijs ordines, inter quos juvenilis, quam longissime
ab hoc periculo remotus, ut quidem videretur, si fata
ordine irent, exhibet nobis ornatissimum doctissi-
mumq; juvenem ALBERTUM SCHUCKMAN-
NUM, Amplissimi & Consultissimi viri Dn. H E N-
R I C I S C H U C K M A N N I Collegæ & amici no-
stri honorandi filium secundo genitum, cuius quæ in-
doles, quæ virtus fuerit, quantam sui exspectationem
concitaverit, quamq; vita longiore, imo longissima
dignissimus fuerit, cum alia inutilia, imo noxia terræ
pondera vivant, docebit, quæ sequitur narratio, in
qua nihil affectui datum, testatur ipsa rei ante oculos
consti-

constitutæ veritas, imo plura, quæ citræ jactantiam ita-
dem verè commemorari possent, si temporis & rei
quam nunc agimus, ratio pateretur. Series ergo viæ
& obitus hæc est.

Natus est piè defunctus Juris studiosus ALBERTUS
SCHUCHMAN hic Rostochij die 15. Novembris Anni 1617.
inter 10. & 11. vespertinam, & postmodum per Baptismi La-
vacrum Ecclesie iniciatus. Patrem habuit HENRICVM
SCHUCKMAN Juris Doctorem & Codicis in hac Academ.
Profess. Matrem ANNAM Stechowen, qua antè triennium in
caelestem paradisum processit. Avus paternus ei fuit Her-
mannus Schuckman / Civis urbis Osnabrugensis; Avia pa-
terna Anna Glörlken. Avus maternus Albertus Stechow piè
defunctus opusculo, Civis hujus Urbis & Praefectus templi Pe-
trini. Avia materna Agneta Pegels. Hiscè ortus majoribus
(qui nunc sunt ex tuis aëris) postea à parentibus fideliter edu-
catus, sub privatorum præceptorum informatione, cui à Dn.
Parente unà cum fratribus commendatus fuit, prima lite-
rarum fundamenta jecit. Usus deinceps anno etatis 13. Gustro-
vij (ubi Dominus Parens cum familiâ ratione assessoratus in
judicio provinciali tum temporis substitut) privatâ operâ Scho-
la ibidem Rectoris Dn. M. Georgij Schedij. In reditu unà cum
fratre natu majori informatorem natus Virum Clariß. Dn.
M. Joachimum Movium p.m. Scholæ apud nos quondam Comme-
torem, à quo in humanioribus disciplinis penitus instructus,
in artibus ac linguis, imprimis vero in lingvâ sanctâ (cujus co-
gnitione mirifice delectatus est) in conscribendis Orationibus,
disponendis textibus bibliis, alijsq; exercitiis sedulam operam
navavit, eoque Parchimum ad munus Rectoris subeundum avo-
cato, non tantum proprio marte studia sua pertexuit, privatis
aliquot collegis in hac Universitate interfuit, sed etiam fratri-
bus natu minoribus accuratâ ac indefessâ institutione ad do-

Etrinam & mores viam monstravit fidelissime." Tandem Dn.
Parentis ductu & consilio (quod veluti sanctum semper vene-
ratus est) ad Juris studium antè triennium animum appli-
cuit , Institutionibus probe per voluntis Pandectarum lectionem
& enucleationem adjecit , publicas lectiones ac disputationes
frequenter visitavit , atq; ita non sine admiratione ex solidis
fontibus principia sibi acquisivit non contemnenda . In his ta-
men ita versatus est , ut studium Theologicam non devrigue-
& perfunditorie sed diligentissime conjungeret cum Juridico ,
tam in polemicis quam didacticis non parum exercitatus , id
quod specimina inter privatos parietes edita haud vulgaria
abunde testantur . Quà vitam ac mores pietatem serio coluit
per omnem vitam sacras conciones & præcipue ordinarias pre-
ces publicas assidue frequenta vit , easq; rariissime neglexit , Sa-
cra biblia & imprimis Psalterium Davidis atq; Epistolas Pauli
sibi habuit commendatissimas , ex quarum una ad Philipp. c. 4.
v. 13. hunc versiculum verbo tenus excerptum pro symbolo u-
surpavit .

Per Christum , qui me corroborat , omnia possum .
Quem in in ipso etiam mortis agone aliquoties repetiijt . Aman-
tissimis parentibus obsequientissimus , cum primis Dn. Patri iu-
arum non viduitatis statu & ingravescente senectute , non ex-
quo fulcro & solatio extitit , Fratres , quos 4 post se reliquit per
Dei gratiam adhuc superstites , Hermannum , Henricum , Con-
radum & Johannem fraterno semper amore prosecutus fuit ,
nemini gravem , omnibus & intrà & extra parietes affabi-
lem se prebuit , ab omni scurrilitate abhorruit , eamq; ex ani-
mo detestatus est , contrà modestia studissimus fuit ; Morbi
genus quod spectat , quamvis corpore vegeto & morbis ante-
hac rariissime obnoxio ad ipsum etatis vigorem feliciter per-
venierit ; divinā tamen moderante providentiā , antè 14. dies
laborare cœpit febre continua . Epidemiā comitatā eo Exanibo-
matum

matum genere, quod variolos vocitant. Hi initio prodiabantur rariores, mox densiores sed parvi admodum, qui propinato (Consilio Dn. Medici) decocto fucum aliquantò conspectiores fiebant, at mox redditum ad interna minabantur. Quare decocto expellente Rondeletij exhibito rursus aliquantulum effluerunt quidem, sed sensim naturā superatā intro se receperunt. Toto hoc durante morbo, quia finem vitae sibi immisere dubio procul sensit, omnibus rebus mundanis, quas se prætricis & stercoribus habere cum Apostolo aliquoties constanssem fassus est, animum planissime abdicavit, & identidem de rebus spiritualibus ac cœlestibus ulterò cum venerando Dn. Parente, fratre natu majori Hermanno & aliis domesticis cum singulari devotione ac attentione sermones instituit gravissimos eternā dignos memoriam. Tandem exhaustis paulatim viribus, propinquitatem mortis præsagiens, 10. Februarij, quo pie defuncto vita terminum attulit, cœlestē viaticum corporis & sanguinis Domini summo cum anhelitu & desiderio expectat, illudq; præviā Emphaticā confessione impetravit, quo accepto, præsentibus Domino Pastore M. Christiano Mishæle (cujus concionibus sicuti summe delectatus fuit, ita eandem in exoptatum piissimum colloquium ad declarandam benevolentiam animi gratitudinem singulariter accersi petiit, itemq; Dn. Confessionario M. Johanne Corfinio, tantam demonstravit fidem suæ & neq; pœnæ & suppliciorum, ut omnes ob ejusmodi exemplum raritatem in admirationem merito perduceret, dicta S. Script. & plurima & elegantissima græce, latine & germanice subinde recitat, preces ab astantibus recitatas maximam partem anticipavit, cœlestem patriam indecenter anhelavit, nihil frequentius in ore habuit nisi JESVS suum, cumq; ex Apoc. ultimo identidem advocavit, idq; ad extremum usq; spiritum continuavit, rogatus ut multiloquio abstineret, seq; ad requie componeret, respondit, non se loqui sed Spiritum S. in se & per

A 3

se

*Se, sibiq[ue] veram requiem in cœlis paratam esse; tandem in se-
riâ Nominis Jesu invocatione, mediâ 12. nocturnâ inter pre-
ces ac suspiria astantium, quos ad orandum impensè sollicita-
vit, usu rationis ad ultimum usq[ue] halitum integre, verè, piè ac
placide siph[one] ullo mortis sensu obdormivit, anno ætatis vigesimo
primo.*

Hæc de illo vere & citra omnem jactantiam. Quod si si-
lum à D E O parer conceptis votis, ac precibus ex formula po-
stulasset, num ingenij melioris, & indolis magis exasciatæ alium
optare potuisset? Quod enim pietatis, quod modestiæ, obedien-
tiæ parentibus exhibenda, quod litterariæ diligentia studium
in eo desiderari potuit? Virtia vero, quæ nunc amari, in cultu
& pretio, imo apud nonnullos etiam in admiratione esse incipiunt,
quam non ille se fatus est! quam ab iis longissimè remotus, & esse, &
videri voluit! Pietatem alij vel sola specie præse ferunt, & profitentur,
alij, ne quidem specie, nec Deum reveriti, nec homines: hic noster
σωματικός, licet in flore adolescentiæ constitutus, non voce solum
& gestu pietatem simulabat, sed ut vultu ad pietatem composito, ita
vero, & serio cultu eam prosequebatur, non solum ut prophanus ali-
quis, sed ut futurus mystes atq[ue] epoptes. Modestiam & obedientiam
alij suæ adolescentiæ convenire negant, superciliosi, feroce, & elati,
vel ob honoratos, & opulentos parentes, vel ob aliqua ingenij non pla-
nè vulgaris indicia, vel quod exemplis, quæ passim in ususunt, ferociæ,
insolentia, petulantia seducti, hoc demum sibi convenire opinantur,
quod verae modestiæ, & obedientiæ quam dissimillimum est: Quid
noster iste? Didicerat modestiam adolescentis ætatis esse ornamentū,
singulari efficacia quadam *ελκυστικὴν* prædictum, quo amorem alio-
rum erga se, excitat, attrahit, astringit: noverat olim apud Lacedæ-
monios adolescentes hanc virtutem, ita usitatam, ut grande nefas cre-
derent & morte piandum, si juvenis non assurrexisset seni, quod cum
æterno Atheniensium pudore ac dedecore in theatro Spartanus juve-
nis testatus est. Quam ergo laudem hic noster merebitur sua mode-
stia præ alijs, qui cano capitii non solum non assurgunt, ceduntve, sed
ludibris

Sudibris etiam excipiunt, & contumelij afficiunt, quos sua ætas jam-
dum linguis petulantibus subduxit? In litterarum studio, quam
fuerit assiduus, quam nihil in se desiderari passus sit, verè testari possunt,
quorum ab ore publice docentium peperit, quorum exercitis pri-
vatis frequens interfuit, quos lucubrationis domesticæ conscius ha-
buit. Ab hac ergo semente, quam exspectaret messem sollicitus pater
aliam, præter auream? Sed fatalis hujus nostri temporis ac loci cala-
mitas, ut alia multa, ita haric quoq; plenissimam bonæ spei segetem
aduersit, & corrupit. Quam ob causam, quin Dn. parens Vir Ampliss.
Collega noster honorandus dolorem conceperit, suo amori erga fi-
lium, & concepæ exspectationi respondenter, nemo dubitare poter-
it, nisi qui liberos vel non habuit, vel omnem sensum humanitatis
exuit. Verum ille hoc in casu & seipsum advocabit, & ipsius filij ex-
emplum imitabitur. Quid ergo iste? Jam morieris, & ut loqui sole-
mus, mortem labris insidentem sentiens, nihil nisi Deum, & Providen-
tiæ divinam cogitabat ac sonabat: Deus, dicebat, ita voluit, ejus Pro-
videntia sic decrevit. Sumimum bonum fecit: quidni bene fecerit?
Providentia statuit, quidni provide statuerit? Quid enim agitur? Ter-
ris eripiar; atqui in coelo receptus mihi paratus patet: turbas ac do-
lores hic relinquo, fructurus illuc æterna quiete, ac beatitudine, hoc est,
ipso D E o, cui adhæreo in J E s u meo, & adhærebo, ex hujus mundi
turbis ac tenebris malitiosis in illam serenitatem, ap tranquillitatem
beatam translatus. Hæc ille, & alia etiam sapientiora, hic adolescens,
& jam morti vicinus: quid jam putamus? an non supra omnes viros
sapiat, sapientæ æternæ radis non solum cinctus, sed etiam perfusus?
an non sortem illuc nostram, & juventutis nostræ, partim doleat, par-
tim rideat? nostram quidem, in hoc turbido mari fluctuantium; ju-
ventutis vero nostræ, quæ inaudita quadam, & non ferenda insolentia,
quam ille evasit, alios exagitat. Quod vero pater, cum hanc filij can-
tionem non tam cygno, quam seni alicui S I M E O N I convenientem,
audivit, una cum testibus presentibus, Reverendis Viris Dn. M. CHRI-
STIANO MICHAELE, pastore, & Dn. M. JOHANNE CQRF ejus
Collega, qui has & alias ejus voces ac sententias, non ut agrí adole-
scens, sed ut Spiritu sancto afflati viri aut senis, & jam in coelo con-
stituti, cum admiratione percepérunt? Quid? cum hanc ejus condi-
tionem ac discessum beatissimum nunc quoq; cogitat, nonne gaudient
propior

pròpior fit, quam dolenti? At ævi immaturus obiit? Quomodo im-
maturus, θνητὸς περιφυλός natura mortalis: Et nonne omnes ea lege
nascimur, imo etiam antequam nascimur? Noster verò, quomodo im-
maturus, qui maturos pietatis, & virtutis fructus jam produxit? At-
qui plures producere potuissent, si ad majorem ætatem pervenire licu-
isset. Quidni? Hæc ergo virtus & producta, & producenda, doloris an-
gaudii dabit copiam? Si filius pius, modestus & eruditus dolorem re-
linquit moriens, quid de impio dicemus, & alia omnia agente? Quin
gratulamur potius illi in æternâ felicitatem recepto? hujus vero, si quis
talis decebat, vicem ex animo dolemus, cui, cum vita, spes & poenitentia
agenda, & beatitudinis acquirendæ præcisa videtur. Nec ergo propter
hanc immaturitatis causam jure dolebit parens moestissimus, cū quo
Deus, quasi cum colono, partiario jure, nec id rigidè, egit. Plures
enim Dei gratia, superstites manent, & ut diu maneat, eum roga-
mus. Sed hæc omnia, cum Vir Ampliss: Collega nostre honoran-
dus, haud dubie melius ad animum sibi advocaverit, quam à nobis di-
cuntur, nihil est, quod in re parum necessaria hæreamus: Cogitemus
potius, quid nostri officiū sit. Funus huic adolescenti fiet hodie hora 1.
pomerid. id ut quam frequentissimè ducatur, æquum est. A nobis
ergo requiritur, ut quantum possumus, ac debemus, tantum studij, ad
hoc officium adferamus, & frequentia nostra affectum erga defun-
ctum, qui virtute sua id promeruit, erga defuncti parentem, Collegam
nostrum, optimè de Academia meritum, & meritorum declaremus.
Gratum id erit omnibus, nec tam illis, quam nobis honorificum, imo
& utile, cum una opera Deo nostram salutem, Civitatis, Academia,
totius Reipubl. commendare possimus, & nostræ mortalitatis me-
moriam jam penè oblitteratam, ita enī vivimus, renovare.

P. P. Rostochij 15. Februarij 1638. Sub sigillo Rectoratus,

600



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn777426471/phys_0013](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777426471/phys_0013)

DFG

Iudibris etiam excipiunt, & contumelijs affici-
 dum linguis petulantibus subduxit? In lit-
 fuerit assiduus, quam nihil in se desiderari passu-
 quorum ab ore publice docentium pependit
 vatis frequens interfuit, quos lucubrationis d-
 buit. Ab hac ergo semente, quam exspectaret
 aliam, præter auream? Sed fatalis hujus nostri
 mitas, ut alia multa, ita haric quoq; plenissim-
 aduersit, & corrupit. Quam ob causam, quin D-
 Collega noster honorandus dolorem concepe-
 hum, & conceptæ exspectationi respondentem
 rit, nisi qui liberos vel non habuit, vel omnes
 exiit. Verum ille hoc in casu & scipsum adve-
 emplum imtiabitur. Quid ergo iste? Jam me-
 ritus, mortem labris insidentem sentiens, nihil
 tiam divinam, cogitabat ac sonabat: Deus, dice-
 videntia sic decrevit. Summum bonum fecit
 Providentia statuit, quidni provide statuerit? C-
 ris eripias, atqui in celo receptus mihi para-
 lores hic relinquio, fructus illuc æternæ quiete,
 ipso D E o, cui adhæreo in J E s u meo, & adha-
 turbis ac tenebris malitiosis in illam serenitate
 beatam translatus. Hæc ille, & alia etiam sapie-
 & jam morti vicinus: quid jam putamus? an n-
 sapiat, sapientiae æternæ radijs non solum cinc-
 an non sortem illic nostram, & juventutis nostri
 tim rideat? nostram quidem, in hoc turbido in-
 ventutis vero nostræ, quæ inaudita quadam, &
 quam ille evasit, alios exagitat. Quod vero pa-
 tionem non tam cygno, quam seni alicui S I M
 audivit, una cum testibus præsentibus, Reveren-
 STIANO MICHAELE, pastore, & Dn. M. JO
 Collega, qui has & alias ejus voces ac sententiæ
 scensit, sed ut Spiritu sancto afflati viri aut sen-
 stituti, cum admiratione percepunt? Quid? cu-
 nem ac discessum beatissimum nunc quoq; co-



etas jam-
 , quam
 possunt
 citiis pri-
 cios ha-
 tus pater
 ci cala-
 segetem
 Ampliss.
 erga fi-
 re pot-
 anitatis
 filij ex-
 iui sole-
 oviden-
 jus Pro-
 fecerit?
 ir? Ter-
 s ac do-
 hoc est,
 mundi
 lilitatem
 lescens,
 es viros
 erfusus?
 at, par-
 m; ju-
 olentia,
 ilij can-
 centem,
 CHRI-
 RF ejus
 adole-
 lo con-
 diti-
 studenti
 propior